

bellis, quos de contemnenda gloria
scribunt, nomen suum inscribunt, &
in eo ipso, in quo prædicationem, no-
bilitatemque despiciunt, prædicari se
& nominari volunt.

Quemadmodum vero iusta Gloria,
veræ virtutis fructus honestissimus, à
nemine facile repudiandus, nisi ab ani-
mo levi, lucem splendoremq; fugien-
te: ita contra turpe est, & maxima le-
vitatis, inanem vulgi aucupari rumo-
rem, & omnium sumbras falsæ etiam glo-
riæ consecrari. Turpius est, fucatæ e-
tiam, gloriæ dulcedine nimis commo-
rum, ex aliorum laboribus futilem sui
nominis memoriam quærere. Turpis-
simum vero omnium hoc est, nihil dig-
nū laude præstitisse unquam, alienista-
men laboribus invidere, eosdemque à
doctis ac probis viris probari molestè
ferre, quin omnibus viribus indu-
striam aliorum, virtutem', depressam
extinctamq; quam flagitiosissime velle,
vana saltem vanæ gloriolæ cujusdam
spc. Quemadmodum enim in pulcher-
rimo corpore nævius una cum illo ado-
les-